

Boleslaus Dei gratia dux Masoviensis, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis et auditoris. Post huius vite curricula misericordiam consequi veri Salvatoris. Quoniam per inopinatam humane conditionis fragilitatem cito exterminatus a notitia hominum, que secundum statuta iuris, a discretis viris, et sapientibus ventilantur. Nam tempore corruptionis presura in currente, consequens est singula temporalia, eisdem passionis notula intitulari. Unde necessaria sunt instrumenta, quibus serupulus ambiguitatis apud ignorantes de certitudine rerum retroactarum habeatur. Innotescat igitur universitati vestra, quod nobilis vir Bogussa miles de Btostnica, vendidit coram me, cum consensu fratrum suorum, videlicet Mathaei et Marci, et omnium heredum suorum hereditatem, qua nominatur Swierowichi, pro sexaginta marcis puri argenti, domui Domini sepulchri de Miechovia in perpetuum possidendam. Et quia huiusmodi actio solet plerumque a posteris incausari, ipsam dignam duxi sigilli mei appensione cum subcriptione testium roborandam. Actum ab incarnatione Domini, anno millesimo ducentesimo trigesimo septimo. Testes vero sunt huius venditionis, quorum nomina subsequuntur. Marcus castellanus de Radome, Abraam pinerna, Barta, Beruc subcamerarii, divisius miles, Joannes Mikulowic, Laurenti-

us
Monastica.

Lisowski.

us Kure, Joannes Jubric, Albertus filius Arnoldi, Jasius Rimerus sacerdos, Mirosław clericus, Nicolaus frater suus, magister Albertus de Phartestow, Joannes filius Lambini, Alexander Joannes Petrowic, Hieronymus sacerdos, Valterus sacerdos Jastoldus.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint signature or name at the bottom of the page.]